Die 12. Januarij 1688. productum pro Conuentu Sieciechovien. Ordinis S[ti] Benedicti.

185

Adalbertus Skwarczynski Procancell[us]

IOANNES ANDREAS PROCHNICKI DE PROCHNIK,

DEI ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA ARCHIEPISCOPVS LEOPOLIENSIS,

Abbatiæ Sieciechouienſis perpetuus Commendatarius. VNIVERSIS & ſingulis quorum intereſt, aut in futurum quomodolibet intereſſe poterit, præſertim verò Reuerendiſsimis Dominis Abbatibus SIECIECHOWIEN: Succeſſoribus noſtris, ad notitiam deducimus. Quia nos viſis & lectis literis pargameneis prouiſionis Patrum & Fratrum Ordinis Sancti Benedicti Monaſterij noſtri Sieciechowienſis, per Reuerendiſsimum olim Dominum Iozephum Wereſcinſki, Abbatem & prædeceſſorem noſtrum Sieciechowień: eiſdem Patribus & Fratribus pro tempore exiſtentibus, pro victu & amictu illorum comparando, conceſsis: reuiſiſquè bonis villarum in eodem Priuilegio ſpecificatarum, tum & earum prouentibus & commoditatibus omnibus, attendentesq; bona certa, Villas videlicet Szawłowicze, Nagornik, & Kempice, per crebram Viſtulæ inundationem in nihilum redactas, & ferè annihilatas eſſe: ita vt præfati Religioſi Patres & Fratres (quorum numerus vltra præſcripta Priuilegij augetur) victum & amictum ſufficientem minimè habere poſſint; ſtatuimus in animo noſtro, quatenus præfati Religioſi Patres & Fratres, pacificè, citra vllam querimoniam & murmurationem votiuæ profeſsioni ſuæ incumbant, deque melioratione prouiſionis ſuæ gaudere poſſint: libera ex voluntate noſtra, ac ſerio conſilio, maturaquè deliberatione præhabita: accedente inſuper conſenſu Sereniſsimi Domini D. SIGISMVNDI III. Regis Poloniæ ſupplicatione noſtra, in & ſuper meliorationem Prouiſionis præfatæ, interpoſita, villam noſtra[illegible] Borowiec dictam, ad menſam Abbatialem pertinentem, in vim meliorationis, præſentibus literis noſtris, reſignandam eſſe duximus; pro [illegible] præſentibus cum omnibus & ſingulis villæ præfatæ Borowiec prouentibus & vtilitatibus, agris, pratis, campis, ſyluis, nemoribus, me[illegible]is, molendino, & piſcina eidem molendino adiacente: nec non & cum ſubditis omnibus, eorumque penſionibus, laboribus, datijs, v[illegible]atibuſquè omnibus, nihil pœnitus excipiendo, nec pro ſe & ſucceſſoribus ſuis reſeruando, ſed ita latè, longè, circumferentialiterquè pr[illegible] in longum & latum præfata bona villæ Borowiec ex antiquo extendunt: titulo perpetuò & irreuocabili reſignatione, damus, donamus, [illegible]elioramus, & reſignamus temporibus perpetuis. In cuius rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas, ſigillo noſtro communiri curau[illegible]us. Actum & datum in Monaſterio noſtro Sieciechowienſi. Die 1. Octobris. Anno Dñi Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo Septimo. Præſentibus, Reuerendis, Generoſis, ac Nobilibus, Matthæo Kozłowſki Præpoſito Dunaiouier[illegible]olao Capellano Parocho Soko[illegible]icenſi, Andrea Kochanowſki Vicecapitaneo Caſtrenſi Stezicenſi, Ioanne Puczniewſki, Steph[illegible]ki, Martino Lubikowſki, [illegible]nne Mogilnicki, Alberto Sadkowſki, Andrea Cieklinſki, Ioanne Kalinowſki, Gaſparo Wo[illegible]oſtris, alijsquè quàm pl[illegible]mis circa præmiſſa exiſtentibus.

Joannes Andreas Prochnicki
Archieppus Leopolien. Abb[as] Sieciech[ovien]s[is]

Bgkowiec

Melioratio Provisionis
in Borownice

90

Donatio Villae Chwaniec [illegible] Rachnicki
Stum
cum Molendino &c.
1624.
Die 1. Octobris.

Visa in Nuntiatura